Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sin · ut sit ipe primogenitus in multis fratribus ·
Quos autem predestinauit hos et vocauit ·
Et quos vocauit · hos et iustificauit ·
Quos autem iustificauit · illos et magnificauit
Quid autem dicemus ad hec · Si deus pro nobis
quis contra nos · Qui etiam proprio filio suo
non pepercit · sed pro nobis omnibus tradidit il
lum · Quomodo non etiam cum illo omnia nobis
donauit · Quis accusabit aduersus electos dei · Deus qui iustificat · Quis est qui
condempnet · xpus ihs qui mortuus e · imo
qui et resurrexit · qui e ad dexteram dei ·
qui etiam interpellat pro nobis · Quis nos
separabit a caritate xpi · Tribulacio an an
gustia · an persecucio · an fames · an nudi
tas · an periculum · an gladius · sicut scriptum e ·
Quia propter te mortificamur tota die esti
mati sicut oues occisionis · Sed in his
omnibus superamus propter eum qui dilexit nos ·
Certus sum enim quia neque mors · neque vita · ne
que angeli · neque principatus · neque virtutes ·
neque instancia · neque futura · neque fortitudo ·
neque altitudo · neque profundum · neque cre